

Pomp. de part. text. in l. 1. in fin. C. de fal. monet. text. in l. dion. Marcus. ff. de offic. presid. text. in l. 5. §. i. ff. de i. l. Aquil. Confirmatur, quia in delictis requiritur dolus, voluntas, & consensus delinquentis, ut in l. in Cornelia ff. ad leg. Cor. de sicar. & in l. 1. ff. de furtis, cum similib. & talis dolus, vel consensus non potest cadere in ipsa civitate, vel universitate, cum sit persona ficta vel præsentata, text. in l. 1. ff. de liber. universitat. ubi, movet enim, quod consentire non possunt text. in l. 2. §. deinde, el 2. de origine iuris. text. in l. §. fin. ff. de acquir. possess. Secundo pro ista sententia & conclusionem, facit text. in l. si de dolo, §. 1. ff. de dolo, ubi dicit textus quod contra civitatem, vel universitatem non datur actio de dolo, quia dolum, vel delictum non potest committere, cujus verba sunt: Sed an in municipes de dolo detur actio, dubitatur, & puto ex suo quidem dolo actionem non posse dari: quod enim municipes dolo facere possunt, & ibi notat Gloss. ordinaria, & Bartol. Sed in hoc articulo dico, quod civitas vel universitas non potest delinquere vere & proprie, quia delictum requirit veram, & propriam personam, sed bene potest delinquere saltem improprie, & fictè per rectores & gubernatores ejus, & poterit ex tali delicto puniri, & in expressio istam sententiam comprobatur text. singularis in l. metum, §. 3. animadvertendum, ff. quod met. causa, ubi dicit, quod civitas, vel universitas potest inferre alteri metum, & violentiam: & teneatur ex illo delicto, cujus verba sunt: Et ideo si singularis sit persona ea, que metum intulit, vel populus, vel curia, vel collegium, vel corpus, huic editio colus erit: & ibi notat & commendat Odofred. Alber. Baldus, & Angelus Secundo facit text. in l. aliud, §. referre, ff. de reg. iur. & ibi tenet Gloss. ordinaria Bartol. & Doct. Tertio generaliter facit, quia indifferenter & indistinctè factum ab ipso consilio & rectoribus civitatis, vel à majori parte, censetur factum à tota civitate, ut in leg. quod major, ff. ad municipales, & in leg. nulli, ff. quod cuiusque universitatis nomine, & probant iura superius allegata, & in terminis ita dicit Gloss. ordinaria in rub. Cod. que sit longa consuet. quam dicit unicam Angel. in proposito, in d. §. animadvertendum, sed certe expresse probant iura per me superius allegata. Quarto facit text. notabilis in cap. 1. §. si quis vero casu temerario, & in §. injuria, de pace tenenda, & iuramento firmanda: ubi dicit, quod civitas, vel oppidum potest delinquere rumpendo pacem & puniri tam civiliter, quam criminaliter. Quinto facit text. in aub. causa, & irrit. C. de sacros. Eccles. text. in aub. nulla communitas, Cod. de Epis. & cler. ubi civitas, vel universitas aliquid statuens contra libertatem Ecclesiasticam, vel Ecclesiasticarum personarum debet puniri. Quod tamen intellige quando deliberato proposito, & communicato consilio civitas vel universitas fecit, vel iussit fieri, quia tunc videtur fecisse & deliquisse tanquam universitas: secus vero aliis, quia tunc non videtur facere, vel delinquere universitas, sed singulares persone; unde si homines aliquis civitatis, vel oppidi, vel minor pars ejus ex improviso, & non deliberato proposito irruerunt & occiderunt aliqui, vel aliud delictum commiserunt, non dicitur universitas eliquisse, sed singulares, & particulares persone, ita quod text. singularis in l. senatus, §. in sepulchris, ff. quod vi aut clam, quam ibi dicit singularem & non alibi Bartol. & Angel. de Perus. illum etiam text. reputat singularem &

a. Ratio.

Civitas improprie delinquere dicitur.

Argum. 1.

Argum. 2.

Argum. 3.

Argum. 4.

Argum. 5.

unicum Paul. de Cast. in l. si quis id quod, ff. de iurisdict. omn. iud. fin. colum. n. 14. facit etiam bonus text. & ibi Doctor. in l. 2. Cod. de præditi de curionum. Et ita voluit Gloss. ordinaria in d. l. sed & si, §. 1. ff. de dolo: Gloss. in l. si cur, §. 1. ff. quod cuiusque univ. nom. & ibi notabiliter Paul. de Cast. Gloss. Bart. & Doctor. in l. aliud, §. referre, ff. de regul. iur. & in effectu hanc doctrinam, & resolutionem potest magistratiter Bart. in l. aut facta, §. fin. ff. de penis, 1. colum. num. 2. Odofred. Alber. Bald. Ang. & alii Doctor. in l. metum l. 3. §. animadvertendum, ff. quod metus causa, Specul. in tit. de accusat. in fin. versic. quod si universitas, Angel. de Perus. in l. 2. C. de qui accus. non poss. Gandinus in tract. malef. in tit. de homicidariis, versic. item pons fol. 35. Inn. in c. gravem, de sent. extem. Card. qui bene loquitur in cap. dilectus, el 2. de simonia, 2. colum. numero 6. & ibi Abbas Panor. 3. colum. numero 10. Anch. 2. colum. numero 9. Joan. de Anan. 4. col. & ibi alii Doctor. Card. Immol. in c. l. de penis, Oldrad. in cons. suis cons. 65. fin. colum. Ang. de Perus. consil. 246. Jal. ubi valde commendat in l. civitas, ff. si cert. per. 1. col.

Dubium tamen est qualiter civitas, vel universitas puniatur; & breviter, & resolutivè dico, quod in delictis, in quibus tantum venit imponenda poena pecuniaria, illa bene cadit in civitatem, vel universitatem, & fiet solutio de bonis ejus, & si non habeat bona sufficientia, cogetur imponere collectam, ut in l. 1. §. final. ff. quod cuiusque universitatis nomine, ibi tenet Gloss. ordinaria, tenet etiam, & declarat Bart. in l. 1. §. actor, ff. de re iud. & ibi communiter Moderni: in delictis verò, in quibus venit imponenda poena corporalis, videtur, quod non possit puniri, cum civitas, vel universitas sit persona ficta, & representata, intellectualis, & insensibilis ut supra dixi, & fundavi: ergo nullo modo sit capax poenæ sensitivæ, nec potest dici quod puniantur omnes persone & cives prædictæ civitatis vel universitatis, quia secundum hoc punirentur infantes, minores, mulieres, & majores inculpabiles, quod esset iniquum. Sed resolutivè dico, quod si delictum est gravissimum, & enorme, propter quod unus potest puniri pro alio, ut filius pro patre, ut in crimine læsæ majestatis divinx vel humanæ, in cap. statutum, de hereticis, in 6. & in cap. felicitis, de poen. eodem lib. & in l. quisquis, §. filii, Cod. ad leg. Jul. majestatis, tunc isto casu bene potest civitas, vel universitas criminaliter, & capitaliter puniri, ipsam diruendo, & aratro subvertendo, sicut contigit in Carthagine, quæ passa est aratrum, quia illa reputatur poena mortis civilis. Singulares tamen persone non debent puniri, quia non deliquerunt; ita probatur textus capitalis, & expressus in l. usufructus civitatis, ff. quib. mod. usufructus amittitur. Cuius verba sunt: Si usufructus civitati legitur, & aratrum in ea inducatur, civitas esse desinit, ut passa est Carthago, ideoque quasi morte desinit habere usufructum, & ibi notat & commendat Bart. & Alber. & licet tunc non culpabiles careant civitate, non est inconveniens, cum sit tale delictum, in quo unus potest puniri pro alio, in privatione honorum, habitacionis, & famæ, si verò non sit tale delictum gravissimum, & enorme, sed delictum simplex, & commune, ut homicidium, violentia, vel quodlibet aliud simile delictum, tunc quia poena mortis, vel alia poena corporalis, quæ ex tali delicto venit imponenda, non potest cadere in civitatem, vel universitatem,

Civitas delinquere qualiter puniatur. Resolutio.

Resolutio.

quia non est persona vera propria & animata: tunc illa poena mortis, vel corporalis alterabitur, & commutabitur in aliam arbitriam, quia in jure nostro ex causa bene potest judex poenam alterare, & in aliam commutare, ut in l. quid ergo, §. poena gravior, ff. de his qui not. infam. & in l. bis, accusare, §. omnibus, ff. de accusat. & ad hoc referatur mirabilem ibi Bart. & communiter ceteri Doct. notat etiam Angel. de malef. in parte, quas si non solverit infra decem dies, amputetur sibi manus dextra, & isto casu non diruetur, nec subvertetur aratro, ne puniantur innocentes, cum delictum non sit tale, propter quod altera inferatur poena, & in expressio ita tenet, & declarat Bart. in d. l. aut facta, §. de penis, in locis per me supra allegatis.

Juxta quod tamen se offert pulchrum, & necessarium dubium si in prædictis casibus, modò delictum sit gravissimum, & enorme, modò simplex, & commune, si ultra hoc, quod ipsa civitas, vel universitas puniatur modis prædictis, an debeant etiam puniri ipsæ singulares, & particulares persone, quæ verè & realiter illud delictum commiserunt; & videtur, quod non, quia pro eodem delicto non debet quis duplici poena puniri, ut in l. senatus, cum materia, ff. de accusat. Sed teneo contrarium, imò quòd ipsa civitas, & universitates puniatur tanquam mandans, & singulares, & particulares persone, tanquam mandatarie, nec unius poena relevat alios, text. in l. non ideo minus, Cod. de accusat. & in l. non solum, §. si mandato, ff. de injur. & in l. 1. §. incipit, ff. ad Turp. & in l. hæc verba, ff. adult. & in expressio isto fundamentum, & ratione istam sententiam & conclusionem tenet Paulus de Castro in l. si cur, §. penult. ff. quid quis univ. nom. Cyn. in l. si quis in tantum, Cod. unde vi, penult. colum. & ibi Jacob 3. colum. Joan. Mona. in c. felicitis, de poen. in 6. 1. colum. & ibi Joan. An. fin. col. Cardin. notabiliter in c. delictus, el 2. de simonia, fin. & ibi Abb. fin. col. & q. Joan. de Ana. antepenult. col. 4. quest. Bartol. qui non allegatur in l. aut facta, §. si fin. ff. de poen. fin. colum. n. 12. Ex quo inferitur, quod eadem ratione, & à fortiori debent puniri ipsi rectores, & gubernatores, qui consilium, & mandatum dederunt, & ita est de mente omnium in locis ubi supra & ita nostris temporibus fuit visum, & practicum, quando aliqua civitates hujus regni fuerunt rebelles contra Principem, & Imperatorem nostrum: nam licet communi consilio deliquerunt, tamen etiam fuerunt punite persone particulares, quæ verè, & realiter commiserunt delictum, & similiter ipsi rectores, & gubernatores culpabiles.

Item quæro, an minor possit delinquere, & puniri: pro cuius perfecta intelligentia, & declaratione ante resolutionem hujus articuli generaliter quæro, an & quando minor possit facere omnes alios actus, & in qua ætate sit capax eorum; & breviter, & resolutivè dico, quod in primis minor 10. & quinq. ann. major tamen 14. & mulier major 12. potest testari, & codicillari text. est in l. qui auct. ff. de testam. & dixi suo loco in propria materia licet etiam minor in prædicta ætate potest contrahere, tamen si sit læsus potest restituere, ut etiam dixi in propria materia contractuum. Item minor non potest in judicio, ante 25. an. sine auctoritate curatoris, text. est cum materia in l. clarum, Cod. de actor. prestand. Item minor 25. ann. major tamen 14. masculus, & femina major. 12. potest contrahere matrimonium, text. Anton. Gomez. Variæ Resol. Tom. III.

Pœna mortis vel alia corporalis alteratur in aliam si cadit in civitatem.

Si puniatur civitas, an etiam puniantur singulares persone.

Quæstio principalis.

Nota. 1.

Nota. 2.

Nota. 3.

Nota. 4.

est in l. minore, ff. de iur. nupt. text. in c. 1. & c. continetur, & c. de illis, & quasi per totum de desponsat. in puber. item talis minor 25. ann. major tamen 14. potest esse judex, text. in leg. quidam consulebant, ff. de re iud. quod intellige quando est per electionem secus si per successione, ut filius Regis, vel alterius domini quia jurisdictione debet exerceri per curatorem, text. est in c. grandi, de suppl. neg. prel. Item minor 25. an. major tamen 17. potest esse advocatus: textus est in l. 1. §. pueri iam, ff. de postuland. & ibi communiter Scribentes Item minor 25. an. major tamen 17. potest esse Doctor, argumento text. in d. l. 1. §. pueritiam, ff. de postul. & ibi tenet Bartol. Item minor 25. ann. major tamen 14. potest esse tabellio, vel notarius, ita probatur textus in l. impuberem, ff. ad l. Corn. de fal. & ibi tenet expresse Bart. & alii Doctor. decurio tamen non potest esse minor 25. ann. textus est in l. sponis, §. 1. ff. de decurion. & ibi tenet Bart. Neque obstat, quòd talis minor potest esse judex, si habeat decimum octavum annum, ut supra dictum est: quia decurio ultra vocem quam præbet in consilio, habet curam & administrationem bonorum civitatis, quæ non competit minoribus etiam in suis propriis bonis, ut in l. 1. & perdo. ff. de min. Item minor viginti & quinque annorum: major tamen 20. potest esse arbiter, text. est in l. cum lege, ff. de arbit. nec obstat, quòd arbitria sunt redacta instar judiciorum, & tamen potest esse judex post 18. annos, ut supra dictum est, quia judex eligitur à rege, vel principe, abiter verò à privatis personis. Item à sententia judicis habet locum appellatio, à sententia verò arbitri, non, ita Gloss. ordinaria in c. cum verissimum, de off. deleg. Alex. & Moder. in l. quidam consulebat, de re iudic. Advertendam tamen quod licet quis non possit esse judex, nisi post decem & octo annos tamen illud est verum & procedit, quando est per electionem, secus autem si sit judex per successione, quia tunc bene habet, & acquirit totam & universalem jurisdictionem, ut successor in regno, ducatu, comitatu, vel alio titulo & dignitate, & tunc executio sententiæ, & iustitia fit ejus nomine.

Ex quibus se offert alta, & subtilis difficultas, an rex, vel princeps, dux, comes, vel marchio, vel alius dominus temporalis teneatur de jure, & an teneatur invitus recipere tutorem, vel curatorem, & indubitatur teneo, quòd si sit minor pubertate, & sit minor quatuordecim ann. præcisè, & necessariò teneatur recipere tutorem, quia illa ætate nullum actum per se gerere possit, ergo à fortiori nec jurisdictionem exercere, ut in l. 1. & per totum, ff. de tutel. & in l. 1. §. per tot. ff. de legi. tutel. Confirmatur etiam ratione, quia in tali minore defectus naturalis, qui non potest suppleri, nisi per legitimum tutorem, in §. si. Inst. de Auliano tutore, text. in §. 1. & per tot. Inst. quibus mod. tutela finitur, text. in l. nec non, ff. de tutel. ration. distra. text. melior de jure in l. cum pretor, ff. de iud. & utrobique communiter Doctor Majus tamen, & principale dubium est, an adultus major 14. an. qui est successor universalis jurisdictionis in regno, ducatu, comitatu, vel alio titulo temporalis, teneatur recipere curatorem, & videtur quòd non, sed possit solus sine eo regere, & gubernare, argumento liqui habet §. 1. ff. de tutel. & §. invari. Inst. de curat. ubi habetur, quòd adolescentes post pubertate quatuordecim ann. non tenentur inviti recipere curatores, & ibi tenet communis opinio Doctor. ergo

Nota. 6.

Nota. 6.

Nota. 7.

Nota. 8.

Nota. 9.

Limita.

Reus minor vel alius dominus temporalis teneatur de jure, & an teneatur invitus recipere tutorem.

Dubium notabile.

ergo si hoc est in privata persona, à fortiori erit in principe, vel alio domino temporali. Confirmatur etiam, quia quando quis est capax alicujus juris, officii, vel dignitatis, in consequentiam efficitur habilis, & idoneus ad omnia sibi connexa, & accessoria, & per consequens potest illud exercere, & administrare tam in iudicio, quam extra, argumento text. in c. cum deo vultissimum, 12. q. 2. & in c. delicti de arbitris, ubi habetur, quod femina, quæ aliàs non potest esse iudex, ut in l. femina de regul. juris, potest esse iudex, & jurisdictionem exercere ratione dignitatis, & succellionis. Rursus etiam confirmatur, quia talis rex, princeps, vel dominus temporalis propter multos principissimos literatos, & sapientes viros sibi assistentes præsumitur non errare. Postremo etiam confirmatur, quia Salomon licet erat juvenis, fuit creatus & electus à Deo, & Dominus nostro in regem, ut habetur Paralipomenon 12. & Ecclesiasti 14. Sed his non obstantibus contrarium est tenendum, imò, quod rex, princeps, vel alius dominus temporalis minor viginti & quinque annis successor in majoratu, vel dignitate, teneatur recipere curatorem, licet alia privata persona, quæ sit minor non teneatur recipere. Primò, quia in illa ætate censetur esse defectus naturalis, qui non possit suppleri.

Argum. 2. Secundò, & principaliter, quia decurio deputatus ad regendam, & gubernandam rempublicam debet esse major viginti & quinque ann. ut in l. spu ius, §. 1. ff. de decurionib. ergo à fortiori rex, princeps, vel alius dominus, qui est positus ad gubernationem totius regni teneatur illum recipere, argumento text. in l. ad rempublicam, ff. de numer. & honor.

Argum. 3. Tertio, quia minor viginti quinque ann. non habet legitimam personam standi in iudicio, ut in l. clarum, Cod. de auct. pref. à fortiori non poterit præferre in iudicio ad illum iudicandum, & in expresso istam sententiam, & conclusionem tenet Old. in conf. 52. Joan. An. in add. ad Spec. in rub. de tutore, Bart. in l. quidam consulebant, ff. de re iud. fin. colum. Alber. in rubr. C. quando tutor vel curat. esse desier. Joan. Anton. in rub. delicti puerorum, Alexand. & Jafon, in l. fin. Cod. de test. mil. Ana. in rubr. de delictis puerorum, Anton. Curt. in tractat. de potestate regia. 3. part. 18. q. 94. 2. vol. Domin. & Anch. in cap. grand. de supple. negl. prelat. lib. 6. Nec obstat, quod iudex possit exercere jurisdictionem in 18. ann. ut in allegata l. quidam consulebant ff. de re iud. quia non est universalis gubernatio, nec facultas administrandi, & alienandi bona. Sed juxta hoc est novus, & singularis articulus, per quem debeat dari talis curator, & videtur quod debeat dari per consilium regale, quod toti regno, & gubernationi præest, argumento text. in l. hereditas la. 1. ff. de acquir. rer. domin. text. in l. heret. & hereditas de usufruct. com. similibus. Secundò, & principaliter potest dici, quod populi, & eorum procuratores congregati, qui representant totum regnum, possunt dare curatorem, quia antequam regna essent condita, populi habebant jurisdictionem, & postea transulerunt in reges, unde cum hoc casu deficiat res propter minorem ætatem, populi provideant de curatore. Vel aliter, & tertio dicamus, quod hoc casu summus Pontifex provideat principi minori de curatore, cum representet in terris Deum & dominum nostrum qui est dominus universalis in mundo, & in terminis ita tenet Joan. Imol. in c. grand. de supple. negl. prelat. quæ ego sequor per fundamenta, & rationes ejus.

Quibus sic visis, & examinatis redeundo ad propositam questionem, an minor possit delin- 57
quere, & puniri, magistraliter & resolutivè dico, quod minor, qui est infans usque ad septem annos non potest delinquere, nec puniri ex delicto, quia non habet animum, intellectum, nec iudicium rationis, ut possit ei dolus, vel culpa imputari. text. est capitalis, & expressus in l. infans, ff. ad l. Corn. de sicur. Cujus verba sunt: Infans, vel furiosus, si hominem occiderit, leg. Corn. non tenetur, cum aliter innocentia consilii tueretur alterum facti insulicium excusat, & ibi notat Glos. ordinaria, text. in l. puberem, ff. de furis, text. in leg. 5. versio. sed & infans, ff. ad leg. Aquil. textus in l. 1. versio. si impubes. Cod. de falsa moneta, ubi ponitur ratio quia talis ætas quod videt ignorat, text. in l. si quis in suo §. fin. Cod. de inoffic. testam. textus in c. illud relatum, 15. q. 1. text. in cap. 1. & 2. de delictis puerorum, text. in clem. 1. de homicidio, & utrobique Doct. & idem est si talis minor sit proximus infantia, ita probat text. in §. pupillus, vers. 1. Infit. de imi stipul. cujus verba sunt: Nam infans, & qui infantia proximus est, non multum à furioso distat, quia huiusmodi ætatis pupilli multum habent intellectum, & dicitur r. r. ximus infantia à septem annis, usque ad decem & dimid. nam si infantia durat usque ad septem annos, ut in l. si infans, Cod. de iure delicti, & ibi notat Bartol. & communis opinio, & tenet Gloss. ordinaria, quæ enumerat ætates in poemio festi, in verbo, perfecta, & in l. 1. §. pueritiam, ff. de postulando, & pubertas dicitur in 14. ann. ergo illud medium tempus dividitur, & sic usque ad decem annos, & dimidium, dicitur proximus infantia, & post decem annos, & dimidium usque ad quatuordecim dicitur proximus pubertati, & hoc in masculo, femina vero dicitur proxima infantia usque ad novem annos, & dimidium: postea vero usque ad duodecim dicitur proxima pubertati, & in expresso ita tenet Gloss. ordinaria in l. pupillum, ff. de re iud. Gloss. in lege 1. ff. de novat. Gloss. in §. in summa, Infit. de obi. que ex delicti, nas. Gloss. in §. pupillus, Infit. de inur. si pup. & istam sententiam & conclusionem tenet Bart. in l. 1. ff. de verat. 1. vel. n. 6. & ibi Paul. de Caltr. & Joan. de Imol. Bald. tamen in l. excipimus, ff. ad Syllan. post Guillem. tenet quod in delictis ille dicatur proximus pubertati, qui parum distat à pubertate, & dicitur parum distare per medium annum, argumento textus in leg. 3. §. per. ff. de lib. exhib. qui text. parum probat, sed melius facit textus in l. non tantum, ff. de excusat. tutor. & illud dictum Baldi sequitur, & reputat singulari Jaf. in aubent. sacramentum puerum, Cod. stud. r. vendit. 4. col. m. & ante eos tenet Gloss. Innoc. Hostien. & alii Doct. in cap. cominebantur de despons. impub. Salyc. tamen in l. impunitas, C. de pen. 1. col. fuit in tertia opinione, scilicet quod lingua- tur iudicis arbitrio tanquam à jure non declinum, argumento text. in l. 1. §. 1. ff. de iure delibandi. Sed superior prima opinio est vera communis, & tenenda in iudicando, & consulendo, quæ fuit bene confirmata de jure, pro qua est hodie in nostro regno l. 9. tit. 17. part. 1. §. 1. tit. 1. part. melior & expressior in l. 6. tit. 5. 6. part. & in l. 4. tit. fin. 6. part. & leg. 8. tit. 31. p. q. leg. 3. tit. 8. 7. part. & in tantum est verum, quod talis minor, infans, vel proximus infantia non tenetur ex delicto, ut procedat etiam si sit doli capax. Gloss. in l. impuberum, ff. de furis. Similis tamen Gloss. in l. impunitas, C. de pen. 1. qui jura esse ff. de iur. ubi dicit, quod infans juris fictione nihil præsumitur, contra quem

quem non admittitur probatio in contrarium. & istam sententiam & conclusionem tenet August. in An. addit. ad malefic. in parte sciens dolere, col. 48. versio. quid de infame: ubi dicit, quod ex hoc in contingentiæ facti eripuit quemdam puerum. Ferraria, qui occiderat alium, & aperte probant leg. par. supra allegata, & licet reperiamus in sacra Scriptura infantem quinque annorum propter ejus affiduum blasphemiam fuisse raptum de manibus patris, ut dicit B. Gregorius in 4. lib. dialog. 18. cap. & refert Honi. in c. a. de delicti puerorum, & Lucas de Pena in Lomnes, Cod. de delat. 3. col. tamen illud miraculosè & iudicio Dei fuit factum & contingit, & ea que nra Dei aguntur, non sunt sub aliqua lege, ut in r. dicit. 1. q. 1.

58 Minor vero, qui jam est pubes, vel proximus pubertati, bene potest delinquere, & tenetur ex delicto; text. est in l. pupillum, ff. de reg. jur. cujus verba sunt: pupillum, qui proximus pubertati sit, capax esse jurandi, & injurie faciende, text. melior de jure in §. in summa, Infit. de oblig. que ex delicti, nas. & idem disponit l. 9. tit. 1. 7. p. & l. 5. tit. 10. part. & l. 6. tit. 5. part. cujus ratio est, quia eo ipso, quod talis minor est pubes, vel proximus pubertati, præsumitur doli capax, & habere sensum & intellectum ad delinquendum, ita probant prædicta jura, præcipue text. in d. §. in summa, ibi, si proximus pubertati sit, & ob id intelligit se delinquere, & ibi notat Angel. de Aret. & alii Doct. Confirmatur etiam, quia delictum est prohibitum de jure divino & naturali, in quo non est tolerabilis ignorantia, quia ex ipso instinctu naturæ cuilibet constat non ledere alterum, & quod sibi non vult fieri, alteri non faceret, ita probat text. in l. 1. ff. de fur. text. in l. in i. c. a. de in jus vocand. & ibi Paul. de Caltr. & alii Doct. text. in l. si adulterium cum incestu, §. stuprum, ff. de adult. text. in l. probrum, ff. de verb. signif. text. in l. si quis id quod ff. de iur. omni. judic. & habetur Exod. 20. cap. unde cum talis minor in illa ætate reputetur capax juris naturalis, merito tenetur & punitur ex delicto, & non potest excusari. Ex qua ratione inferitur, quod talis minor non potest restitui adversus delictum commissum & poenam ejus, textus est in l. si ex causis, §. non videndum, ff. de minor. text. in l. auxilium, §. in delictis, eod. tit. text. in l. 1. Cod. si adversus delictum, cujus verba sunt: In criminibus quidem ætatis suffragio minores non juvantur, etenim malorum mores insipientias animi non excusat.

59 Item adde, quod superior conclusio & doctrina quæ habet, quod minor pubes, vel proximus pubertati tenetur ex delicto, debet intelligi, quando delictum consistit in faciendo: secus tamen est si consistit in omitendo, vel negligendo, quia tunc non punitur, textus est in l. 2. C. si adversus delictum, ubi licet mater, quæ non petit tutorem filii suis, privetur eorum successione, tamen si est minor viginti quinque annorum, non privatur: & ad hoc notat ibi Azo. in summa, & communiter Doct. text. in l. minoribus, C. de his quib. indig. ubi habetur, quod hæres minor 25. annorum, qui non vindicavit necem defuncti, non privatur hereditate, & ad hoc notat ibi Paulus de Castro text. in l. 1. §. impubes, ff. de SC. Syllan. & ibi Bart. & Doct. antiqui text. in l. 1. §. 2. eod. tit. text. in l. excipimus, eod. tit. text. in aubent. si capiv. C. de Epif. & clerico, text. in l. 1. versio. impubes, Cod. de falsa moneta, & ibi Cyn. Salic. tenet etiam Anania & Canonista in cap. 1. de delictis puerorum. * Ex quo noviter & singulariter infero, quod si minor sit condemnatus in exilio, si non implevit, possit restitui, cum illud de-

lictum consistat in omitendo, & ita dixi & allegavi in questione de facto pro quodam paupere minore. Licet in terminis nunquam inveni auctorem de hoc. Similiter minor impubes etiam proximus pubertati non tenetur ex delicto carnis, scilicet adulterio, stupro & simili, quia excusat ex defectu, & impotentia naturali, cum censetur incapax illius delicti propter ætatem, text. est singularis in l. si minor, ff. de adulteris, & ibi Gloss. ordinaria, Jacob. de Raph. Alber. & Angel. text. in c. de delictis puerorum, & idem disponit lex 9. tit. 1. 7. p. & l. 15. tit. 1. pa. Ex quibus inferitur, quod si ante pubertatem quis esset viripotens, teneatur, & in expresso ita tenet Doct. in d. si minor, ff. de adult. & facit text. in cap. a nobis, & in c. de illis, el. 2. & c. fin. de spon. impub. ubi habetur, quod licet inter impubes non consistat matrimonium, tamen si malitia suppleat ætatem, quoad copulam, bene valet & tenet matrimonium. Confirmatur, quia in hoc delicto carnis aliquando malitia suppleat ætatem, & ita refert Gregorius in dialogo, quod quando puer novum annorum nutrice suam gravidam, refert etiam Gloss. nec 20. quæst. Sed advertendum, quod in hoc subtili & necessario articulo ego teneo contrarium, imò, quod indistinctè in delicto carnis nullo modo teneatur impubes, licet sit viripotens, & malitia suppleat ætatem, per jura supra dicta, quæ genericè & indistinctè loquuntur, quod talis minor non teneatur. Item etiam ex eo quod dixi in infante, quod licet malitia suppleat ætatem, non tenetur ex delicto. Nec obstat ratio prædictorum Doctorem, quia licet in matrimonio consideretur viri potentia de jure canonico, & similiter in accessu cum virgine, ut teneatur eam ducere in uxorem, vel dotare, ut in cap. 1. de adulteris, quia talis mulier remaneret decepta, & absque omni remedio, tamen quoad delinquendum & puniendum delictum carnis, debet attendi dispositio juris civilis, quia remedium illius mulieris corruptæ non consistit in punitione delinquentis. Ex quibus aliàs defendebam quandam minorem undecim annorum qui habuit accessum contra naturam ad caem & emisit semen & probatum viri delictum, & ostendi iudici prædicta jura, eadem obtinui, licet cum difficultate liberatus fuit. Ex quibus etiam infero, quod si aiquis major, & pubes, supravit & cognovit per vim aliquam virginem immaturam minorem, & impuberem tenetur pena ordinariæ delicti, modò ipsa puella sit viripotens, & possit corrumpi, modò non: si vero ipse sit minor, & impubes, non tenetur, licet sit viripotens & malitia suppleat ætatem; & in terminis ita tenet Salycet. in dicit. l. impunitas, Cod. de pen. Similiter & tertio minor impubes, etiam proximus pubertati non tenetur ex delicto, quod tantum est punibile per statutum, consuetudinem, & non de jure communi, vel lege regia, quæ quoad nos est jure commune, ita probat text. singularis in jure nec. 1. de delictis puerorum, quem ibi notant & summè commendant omnes Doct. & reputat singularem Roman. in singularibus suis, singulari finali. Ex quo inferitur, quod si in aliquo loco sit posita pena extrahentibus frumentum, vinum, vel aliam quamlibet rem, vel genericè sit posita pena venientibus contra aliquam ordinationem novam inductam à civitate, villa, vel oppido, non tenebitur minor impubes, qui contraverit, licet sit doli capax, credetem tamen, quod isto casu licet pubes, & sic adultus meto jure teneatur, tamen possit restitui,

Conclus.

Malitia suppleat ætatem in delicto carnis.

60

Causa no. tabulis de impubere. Jodomit. 100.

Minor impubes non tenetur ex delicto quod est tantum punibile per statutum.

cum delictum non sit punibile de jure naturali, vel communi.

* Confirmatur, quia in statuto vel mandato civitatis, vel alterius domini, potest cedere probabilis ignorantia, ex quo defendebam quosdam pauperes Panſi minores in hac civitate, qui poterant arma prohibita per statutum & proclamationem hujus civitatis, & novam ordinationem ejus, & obtinui.

62 Proximum pubertati vel jam pubes mitius debet puniri. Item adde principaliter, quod licet minor 15 annorum postquam est pubes, vel proximus pubertati teneatur ex quocumque delicto, quod consistit in faciendo, ut dictum est, tamen non debet puniri pena ordinariâ, sed mitius propter ætatem, text. est notabilis & expressus in l. auxilium, §. in delictis, ff. de minor. ibi, nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem poenam judicem perduxerit, & ibi communiter Doctores, & idem disponit lex 4. tit. final. 6. part. & l. 9. titul. 1. 7. part.

63 Dubium. Pulchrum tamen & necessarium dubium est, an hoc casu iudex teneatur de necessitate minorare poenam, an verò sit in ejus arbitrio: & videtur, quod non teneatur præcisè minorare poenam, sed hoc residueat in ejus libero, & absoluto arbitrio, & si non faciat, non dicitur gravare partem, nec poterit ex hoc appellari, nec tenebitur in syndicatuta videtur expressè probare text. in l. auxilium, §. in delictis, & ibi significant ejus verba, & expressè tenet ibi Alb. tenet etiam Bald. in l. quancunque, Cod. de servis fugit. §. 2. colum. & ibi Sal. 2. colum. 7. firmat etiam Bald. notabiliter loquitur in l. quid ergo, §. pena gravior, de his qui notant, infam secundæ lectura, 7. colum. numero 2. Anania in capitul. sicut de Judæis, penal. col. Sed his non obstantibus ego teneo contrarium, imò quod iudex teneatur minorare poenam, aliàs dicitur gravare partem, & ab eo justè appellari, vel teneatur in syndicatu, quia minor ætas est justa causa, per quam ipso jure minuitur delictum & ejus poena. Confirmatur etiam, quia in his quæ judicis arbitrio committuntur, si iudex iniquè arbitretur, & inferat gravamen, potest ab eo appellari, nisi commissum sit libero & absoluto arbitrio, ut est Gloss. singularis juncto text. in l. si qua poena, ff. de verb. significat. & ibi tenet Bartol. & communiter Doctores, & tenet Innocen. in c. piul. fin. de Feriis, & in expresso ita tenet Paul. de Cast. in dicta l. quid ergo, §. poena gravior, ff. de his qui notant, infam prima colum. & voluit etiam ibi Bart. penul. col. saltem quando à parte, & sic à minore est vetitum, tenet etiam Alex. qui bene loquitur in l. si severior, C. ex quibus, c. u. infam. irrogat. fin. questione, & idem aperte probat l. quarta, tit. fin. sexta part.

Argum. 1. Sed hodie in nostro regno in hoc subtili, & necessario articulo ista videtur singularis, & vera concordia, quod si minor est decem & septem annorum, iudex teneatur de necessitate & præcisè minorare poenam, si verò est major decem & septem annorum, sit in arbitrio judicis attendita qualitate delicti, personæ, & aliorum minuere, vel non: & si non fecerit, non dicitur partem gravare, nec propter hoc tenebitur in syndicatu, ita probat nova, singularis, & unica l. partia, & 8. tit. 31. 7. part. & illa decisio confirmatur aliquibus mediis & fundamentis. Primò per text. in l. 1. §. pueriam, ff. de postulando, ubi habetur, quod propriè puericia dicitur ante decimum septimum annum, quæ postea verò propriè dicitur pubertas, magis capax & plena, & idè in illa ætate potest esse advocatus, ut dicit ibi textus,

Argum. 2. Advertendum tamen, quod circa hoc se offert pulchrum & necessarium dubium, si delinquens allerat se minorem, adversarius verò dicit & affirmat eum majorem, quis teneatur probare; & certè videtur quod accusator vel iudex qui procedit ex officio contra minorem, debeat probare. Primò, quia omnis ille qui pretendit alium sibi obligatum ex contractu, ultimâ voluntate, debito, vel quolibet alio actu, teneatur semper probare illud quod est causa sue intentionis, ut in leg. actor quod asseverat, de probat. in c. 1. de accusa, cum si. 2. magis in specie: quia quando quis se fundat in aliqua qualitate etiam negativa pro fundamento sue intentionis, necessario teneatur illam probare: ita probat text. in l. magis puto, §. non possit, ff. de reb. eo. l. 1. ff. de except. l. 4. de fidei. liber. l. si quis consortium, C. de fabricensibus, & utrobique concedo, & tradit magistraliter Bart. in l. in illa stipu. si calendis, ff. de verbo. obli. 2. c. u. num. 5. & ibi communi modernis Innocen. Abbas, & communi canonistæ in c. sup. bis, de accu. 3. principaliter facit, quia quando actus vel delictum potest fieri tempore licito vel illicito, ille qui agit vel accusat, teneatur probare esse factum tempore illicito & punibili. Ita probat text. in l. 2. §. si e. om. l. se. ff. de incen. ruin. n. inf. l. cum actum, ff. de neg. gest. l. Falcidius, §. cum hoc ff. quibus, ex cau. in post. ea. l. 1. §. sed prator, ff. ne quid in loco publico, & tenet nota, Bar. ubi plura bona inferit in l. non solum, §. sed ut probari, ff. de op. nu. colum. & q. & ibi communiter docto. 4. & quidem subiliter facit, quia naturaliter quis incipit à minori, & infantili ætate, & gradatim per temporis lapsum & decursum attingit & pervenit ad majorem ætatem; ergo major, imò necessaria præ-

sumptio est quod quis sit in minori ætate, nisi actor vel accusator probet contrarium: argumen. text. qui est sing. & unicus in l. qui habet, ff. de testib. ubi probatur quod quando in aliquo actu concurrat casus naturalis & accidentalis, semper prævaleat naturalis & ad hoc notant & com. Doc. & reputat unicus Alb. probat etiam text. in l. fin. C. de his qui v. et. ampe. l. in fundo, ff. ad l. Fal. l. generaliter, ff. de fidei. l. sed & si servum, §. si quis iudex, ff. de arbi. Sed his non obstantibus contrarium est tenendum, imò quod indistinctè minor quis allegat nullitatem processus, vel allegat se læsum & vult gaudere beneficio restitutionis, debet probare se minorem & læsum, quia illa est dei principalis causa sue intentionis, & in expresso istam sententiam & concl. probat text. in l. ai prator, §. non solum, l. 2. de mino. cujus verba sunt: mihi autem semper succurrendum esse videtur si minor sit, & se circumventum doceat: & ibi notat & commentat Odofr. Bart. Alb. Bald. & comm. Doct. text. in l. verum, §. sciendum, cum se eod. titul. l. postea, §. si minor ff. de jurjur. & ibi Bar. Pau. Alexan. & communi Doct. text. in l. 1. §. 2. ff. de integ. restit. text. in l. 2. §. sequit ff. de dobi. except. text. in l. minoribus, l. 1. C. de integ. restit. text. in l. si, eo. tit. text. in c. constituitur, ex eo titulo, & ibi comm. Doct. & idem probat. l. 1. §. 6. s. 6. par. Nec obstant fundamenta superiora: quia debent intelligi, quando quis est actor, & fundat in eis intentionem suam, sed in nostro casu etiam minor fundat.

64 Amplia. Item adde quod quando minor accusatur de aliquo delicto, debet sibi per iudicem dari curatorem, qui assistat liti & cause, & præstet auctoritatem in ea, aliàs processus & iudicium redderetur nullum, & sic semper debent iudices esse cauti, ut postquam ex indicis & summatia informitate, minor delinquens capus est, faciat sibi dari curatorem; text. est formalis & expressus in l. clarum, C. de antor. prastan. & ibi notat Gloss. ordinariâ, Odofr. Cynus, Alb. Bald. Salyc. & communiter Doctores, & per illum text. ita tenet & declarat Angel. de Aleſſe, in parte comparuerunt dicti inquisiti, & constituit totum, versicul. nec non sit bene cautus, & idem probat & disponit lex 1. titul. 2. 3. part. Quod notabiliter extendit, ut procedat, & habeat locum etiam si talis minor habeat patrem, qui sit legitimus administrator à legè, quia etiam tunc oportet sibi dari curatorem in liti & causa criminali, & poterit esse & provideri per iudicem ipse pater, ut quilibet alius, quia licet pater sit legitimus administrator ipso jure per legem, debet intelligi super rebus & bonis adventitiis, in quibus pater habet usufructum, & litibus eorum, ut in l. 1. cum materia, C. de bonis maternis. Secus tamen est in litibus & causis criminalibus, in quibus non datur nec consideratur talis usufructus, nec præjudicium aliquod patris, & in terminis ita tenet & declarat Bart. in l. si §. pupillus, ff. de verb. obli. & ibi Joan. de Imol. & alii Doct. Bald. in l. cum oportet, §. sed cum tacitas, in fin. C. de bon. que liber.

65 Minor teneatur iurare super inquisitione delicti. Circa prædicta tamen utiliter, & necessariò quæro, an talis accusator, vel inquisitor de aliquo delicto repæatur iurare, & respondere super facto, & veritate delicti, sicut si esset major; & breviter, & resolutive dico, quod sic, quia cum sit capax delicti & accusationis, similiter erit capax juramenti, & eorum quæ agitantur in causa criminali, & dependent ab ea; ita probat textus in d. l. clarum, Cod. de antor. prastan. dum textus dicit, & responsa facere

minores, &c. & in terminis ita tenet Gloss. ordinariâ in l. 2. §. quod obtrivati, Codic. de juram. calumn. in verb. scire possunt, in medio, & ibi Bartol. 2. colum. Cynus 2. colum. 9. Paulus de Castro 3. colum. numer. 7. & communiter Doctores, tenet etiam Gloss. in c. 1. de juram. calumn. Bartol. in l. Marcus, §. 1. ff. rerum amotarum, idem Bartol. in l. inter omnes, §. velle, ff. de fur. in Angel. de Act. in tract. malef. in parte, & comparuerunt dicti inquisiti, & negaverunt, Hippolytus de Marfilis, qui dicit hanc esse communem opinionem in l. penul. ff. de quest. num. 72. idem Hippolytus in practica causarum criminalium §. postquam, numero 4. Roder. Suar. in l. 4. titul. De las juras 7. colum. versiculum nota, libr. 2. fol. 100. pro qua sententia & conclusione est lex quarta tit. fin. 6. Ex quo deducitur, & inferitur, quod licet contra alium talis minor viginti quinque annorum non possit esse legitimus testis, si non habeat vigesimum annum completum, ut in l. in testimonium, ff. de testib. tamen contra se bene potest confiteri, & valere & tenet confessio sua; nec obstat textus in l. aliquando, versic. non tibi dico de penitentia, dist. 1. ubi habetur, quod non tenetur quis producere, & declarare delictum quod fecit, sed tantum sacerdoti confiteri peccata sua, text. in c. qui exigit, 2. 2. quest. 2. ubi disponitur, quod non debet recipi iuramentum ab eo qui verisimiliter est peccator, quia illa iura loquuntur nulla subistente causâ, indicio vel infamiâ, secus tamen aliàs, ut in nostro casu, indicio vel presumptione, quia tunc tenetur dicere, & deponere veritatem sub juramento de calumnia, & veritate dicenda, quo casu curator interponet auctoritatem suam super hoc articulo, an debeat interrogari, & respondere, vel non? & similiter in ipso juramento præstando de veritate dicenda; non tamen debet illam interponere in ipsa depositione, & reali examinatione, in qua debet respondere confitendo, vel negando, quia hoc cadit tantum in scientiam & conscientiam ipsius minoris, non verò curatoris, nec alterius.

Item etiam, quia præstando auctoritatem in ipso juramento, videtur implicite præstitisse in responsione.

Item etiam, quia talis dispositio debet fieri in secreto, ut cessent instructiones, & fraudes, & veritas simpliciter cognoscatur, & ita debet intelligi textus in d. l. clarum, Codic. de antor. prastan. & tenet & declarat ibi Salicet. melius quàm alibi; tenet etiam, & declarat Bartol. in l. certum, §. in pupillo 1. ff. de confess. Idem Bartol. in l. 2. quod observari, Codic. de jur. calumn. 2. colum. numero 14. & ibi communiter Doctores, Baldus in l. unica, Codic. de confessis, 16. colum. numero 63. & 64. & ibi singulariter Salycet. 9. colum. in medio, Anton. de Burr. in cap. final. de confessis, 1. colum. & ibi notabiliter Abbas 3. colum. numero 9. Angelus de melleſe, in parte comparuerunt dicti inquisiti, & constituit totum vers. nec non sit bene cautus, Hip-

pol. in cons. 61. & consil. 130. Confirmatur ista doctrina, & conclusio per text. junctâ declaratione Bartol. & communem in l. custodias, ff. de publ. jud. & in l. si postularerit, §. advocati, ff. de adult. ubi habetur, quod licet advocati interfint pro reo super articulo an debeat torqueri vel non, non tamen possunt interesse ipsi questionibus & examinationibus, quia in ea reus interrogatur de facto suo proprio, & scientia, & non debet ab alio instrui, & idem disponit lex 3. tit. 30. 7. part.

Confirmat.

Confirmat.

Plena pubertatis.

Confirmat.

Confirmat.

Confirmat.

Confirmat.

Auroris opinio.

Respon ad contrariu.

Curator non debet interponere auctoritatem in examinatione minoris.

Confirmat.

Confirmat. Confirmatur etiam, & secundo, quia in depositione testis, licet partes possint adesse tempore quo adducitur in testem, & tempore interpositi juramenti, tamen depositio ejus debet fieri secreta, & in ea partes non possunt esse presentes, ut in leg. si quando, C. de testib. & ibi Gloss. ordinaria, Odofred. Cyn. Bald. Alberic. Paul. Salycet. & communiter Doctores; aliâs autem, si in confessione minoris non adhibetur solemnitas, confessio ejus erit nulla; ex quo singulariter infero, quod licet ex confessione facta per reum in judicio super nullo processu, possit sequi condemnatio, ut probat text. in leg. si confessus, ff. de custod. reor. & ibi tenet Bartolus & communiter Doctores, tamen illud debet intelligi in confessione facta à majore, secus verò à minore non legitimatâ personâ per auctoritatem curatoris, quia tunc talis confessio est ipso jure nulla, & ex ea non potest sequi condemnatio.

66 Dubium. Advertendum tamen, quod circa supra dicta se offert pulchrum & singulare dubium, si dato, quod talis confessio minoris precedente auctoritate curatoris, valeat in delictis, & ex ea possit sequi condemnatio, an possit contra eam se restituere; In quo articulo dico, quod si probat eorum, vel rem aliter se habere, certum est quod possit se restituere quia indistinctè in quolibet negotio conceditur sibi restitutio, si probet se minorem, & læsum ut in l. air prator, §. non solum, et l. ff. de minor. text. in leg. verum, §. sciendum, eod. tit. text. in leg. minoribus, la. i. Cod. de integ. restitu. text. in leg. error, Cod. de juris & fac. ignor. cum similibus; & hoc procedit etiam in majoribus, in causis criminalibus, quia in qualibet parte litis possunt ostendere, & probare innocentiam suam, ut in l. 1. §. qui altero, ff. de quest. & in leg. unius, §. cogniturum, eodem titulo, & in leg. si non defendatur, ff. de penis: facit text. in leg. non fateatur, ff. de confess. ubi habetur, quod ille, qui errat, non videtur confiteri; text. in leg. error, Cod. de juris & fac. ignor. text. in l. 2. Cod. quor. appell. non rec. ubi confessus potest appellare, & revocatur sententia probato errore, vel ignorantia in causa appellationis, quod extendit, etiam in talis confessio fuerit jurata, quia defensio persone, & status non potest renunciari, quia est de jure naturali, argumento text. in leg. non tantum, ff. de appell. text. in leg. nec si voles, Cod. de liber. caus. text. in leg. liberos & in leg. interrogatum, eod. titulo, text. in leg. si is cuius, §. liberi, ff. de interros. ali. & argumento etiam Gloss. singularis in leg. p. alium inter heredes, in gloss. fin. in fin. ff. de p. alium. & ibi communis opinio: ubi habetur, quod in causis criminalibus reus non potest renunciare defensionibus suis, quæ Glossa, & communis opinio debet intelligi, & extendi, etiam in talis renunciatio sit jurata, ita expressè & notabiliter tenet Bald. in leg. una, Cod. de confess. 14. column. num. 60. Hippolytus de Marfil. in l. 1. §. si quis ultro, ff. de questione, antepenult. column. num. 63. Sed dubium nostrum extat, si talis minor confessus est delictum, ex quo veniat puniendus pena mortis, vel aliâ qualibet penâ, & contra eum non sit alia probatio, nisi sola ejus confessio, an eo ipso, quod tale crimen confessus est, dicatur læsus, ut possit se restituere adversus talem confessionem; & videtur quod sic, quia in expresso istam sententiam & conclusionem probat textus in leg. certum, §. in pupillo, vers. minorem, ff. de confess. Cujus verba sunt: Minorem à confessione restituens, & ibi expressè notat, & tenet Angelus de Petal. in princip. num. 2. dicens

Declaratio precedentis dubii.

esse notabile, & quotidianum, idem etiam tenet Alexand. dicens esse diligentissimè notandum in leg. nam posteaquam, §. si minor, ff. de iur. jur. penult. column. num. 11. & ibi Jafon. l. column. num. 7. dicens esse singulare & diligenter notandum pro defendendo adolescente à pena mortis, vel alia quavis penâ in causa criminali; idem Jafon. in leg. error, Cod. de juris & fac. ignor. 3. column. numero 5. Alexand. in consil. suis, consil. 80. 2. column. num. 20. 7. volum. consil. Hippol. reputans esse valde notandum in consil. suis, consil. 130. 4. column. n. 2. Alciatus in tract. presumptionum, 42. presumptione, in fin. & tenendo istam partem non obstat textus cum materia in authent. sacramenta pube. Cod. si adversus, vendit. ubi minor non restituitur in actu jurato; quia primò respondeo, quod ille textus cum materia debet intelligi, quando præstitum est juramentum de futuro; & sic de non contraveniendo; secus tamen est, quando præstitum est juramentum de præterito vel præsentis, scilicet quod res sic se habet, vel depositionem esse veram, quo casu læsione probatâ non impeditur petere restitutionem, & in expresso ita illum textum intelligi, & declarat Bart. in consil. suis, consil. 101. vers. super sexto, de quo articulo vide Jaf. in dict. authent. sacramenta pube. rum, 16. column. num. 77. qui dubitat de illo dicto Bartoli, & residet in contraria opinione. Secundo respondeo, quod ille textus cum materia procedit, & habet locum in causis civilibus, secus tamen est in causis criminalibus, in quibus non potest quis renunciare defensionibus suis, etiam cum juramento, ut supra dixi; unde cum ex tali confessione videatur læsus, quia confessus est crimen, quod aliâs non est probatum, merito competit sibi restitutio, ut ponatur in pristinum statum quo erat ante confessionem & istam questionem vidi de facto in oppido Talabrica, unde ego sum oriundus: nam quidam minor fuit captus pro enormi delicto contra naturam, precedentibus indicis, & sponte confessus fuit delictum, & per advocatum p. tura fuit restitutio, & tandem habito consilio & deliberatione, concessa fuit per judicem, & minor fuit absolutus. Sed adhuc tenendo istam partem, quæro, quid proderit restitutio; cum postea possit iterum in terram ogari minor; & teneatur respondere. Ergo si idem respondeat statim poterit petere restitutionem; & sibi concedenda, erit & sic esse procedere in infinitum; sed ad hoc dupliciter potest responderi: primo modo, quod visa veritate & primis indicis, ex quibus fuit captus, possit talis reus minor torqueri; vel aliter, & secundo respondeo, quod si postea sponte confiteretur, non possit amplius restitui; sed ex illa secunda confessione possit condemnari, quia in una, & eadem causa non admittitur duplex restitutio, ut in leg. fin. Cod. si lapsus in integrum restitutio possit, & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores.

Ex quo videtur inferendum, quod si talis minor confessus est delictum extra iudicium, licet aliâs major ex tali confessione possit torqueri, ut in leg. capite quinto, ff. de adul. & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores, tamen minor bene potest petere restitutionem, & non torqueri. Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam, quod talis minor ex sola confessione possit condemnari, nec habeat locum restitutio. Primò, quia iura superiora communia, & regia reddunt illum capacem ad delinquendum, & jurandum, & respondendum de veritate:

Autoris patria. Casus notabilis. Restitutio minoris quando procedit.

veritate: ergo sua confessio valet, & sibi plane nocet, & non habet locum restitutio. Secundo quia minor ad hoc ut possit restitui in aliqua causa, vel negotio, de necessitate tenetur probare se læsum ut in leg. air prator, §. non solum, et l. ff. de minor. textus in leg. verum, §. sciendum, eodem tit. textus in l. quod si minor, §. restitutio, eodem tit. textus in l. minoribus, Cod. de integ. restitu. & communiter Doctores. Sed eo ipso quod minor juravit, & confessus est veritatem, non videtur læsus, imò fecit quod quilibet major fidelis & sapiens tenebatur facere, unde merito non potest restitui, argumento textus in leg. non videtur, Cod. de integ. restitu. neque est præsumendum, quod dejeravit contra se. Confirmatur, quia confiteri veritatem, & eam ponere in instrumento publico ut ejus probatio sit certa adversario, non est gravamen, argumento textus juncta Glossa ordinaria in l. 2. ff. soluto matrimonio, quam ad hoc per ista verba notat Bald. in cap. significavit de testibus, 2. column. Quarto pro illa mea sententia & conclusionem considero textum in l. auxiliium, §. in delictis, vers. sed ut ad legis Julia, ff. de minor. ubi habetur, quod confessio minoris in delicto carnis non nocet sibi, quia ex tali delicto non tenetur; ergo aperte probat, quod secus est in aliis delictis, in quibus est capax, quia in eis bene valeret ejus confessio, & ex ea possit condemnari, nec haberet locum restitutio, & idem expresse probat textus in leg. clarum C. de auctor. præstand. ubi habetur, quod sicut minor est capax delicti, valet iudicium, & omnes actus judiciales cum eo facti, & celebrati, sicut cum majore interveniente auctoritate curatoris, ergo aperte colligitur, & probatur, quod valebit ejus confessio solemniter emanata, & plene probat & sibi præjudicat sicut si esset facta à majore. Et in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Baldus in leg. unica, C. de confess. 16. column. vers. scilicet, quod si adversarius, ubi dicit, quod quando confessio consistit in facto proprio ipsius minoris non prohibetur agnoscere bonam fidem, & veritatem confiteri; & sic valet talis confessio, & sibi plene præjudicat, quamvis ipse solus; & non aliam sciat veritatem, tenet etiam Alexand. in additioni. ad Bart. in dict. leg. certum, §. pupillo, ff. de confess. Anton. in c. fin. de confess. fin. col. & quæst. & ibi Abbas Panormitanus 4. column. n. 9. Confirmatur etiam ista sententia & conclusio per l. 4. tit. final. 6. p. r. quæ clarè vult, quod quando minor constituitur delictum, quod in eo cadere potest, valet ejus confessio, & ex ea condemnari potest, & in hæc opinionem resideo, & certè si essem iudex, hæc meam opinionem tenerem, & secundum eam judicarem, & recederem à prima opinione communi contraria; si verò essem advocatus, ut sum pauperum, non audeam cum bona conscientia patrocinari pro reo minore, qui confessus est delictum, nec petere restitutionem, si non possit constare de aliqua læsione, & innocentia; & super hoc consului Theologos probatæ vitæ, & sapientiæ, qui fuerunt in hæc eadem mea opinione; neque obstat textus ille capitalis, in quo se fundabat Angelus & alii Doctores in dict. leg. certum, §. in pupillo, vers. minorem, ff. de confess. quia debet intelligi, quod minus restituitur adversus confessionem, probatâ læsione, non verò aliâs: & in terminis ita reperio, quod illum textum intelligit Cyn. post Nicol. de Mata in dict. leg. clarum. Cod. de auctor. præstand. & ibi Faber, qui expresse dicit, quod ita demum mi-

nor restituitur adversus confessionem nem, si probet læsionem probando factum & veritatem aliter se habere & idem est de mente omnium Doctorum ibi, facit etiam textus in cap. de integ. restitu. 6. junctâ communi opinione. Confirmatur, quia ille textus non magis loquitur in causâ criminali quàm civili, imò in omni loquitur debet intelligi, sed in civili non restitueretur ex sola confessione non probatâ læsione, & ita teneo & concludo in hoc singulari, subtili, & necessario articulo non sic per alium examinato. * Et jam iste casus mihi contigit, & nolui patrocinari pro reo nec restitutionem petere, sed permisi justitiam contra minorem fieri, & postea iterum & 3. contigit mihi iste casus: & habui de facto, & quidam minor pauper famulus cuiusdam domini hujus civitatis furatus fuit sibi ducentos aureos, qui postquam fuit captus sponte confessus fuit delictum, & non allegavi pro ejus defensione prædictam restitutionem, sed tantum quod minoraretur pena ratione minoris ætatis, & quod nullo modo deberet mori, quia erat minor 17. annor. per l. part. hic allegatam; postea multoties etiam contigit mihi in personis pauperum, & ita feci & practicavi, & pro quodam minore qui confessus fuit magnum furtum fecisse perita fuit restitutio per eum; tamen ego nolui patrocinari. Pro concordia tamen justa & singulari possit dici quod si advocato non constet de veritate in contrarium, vel de justitia partis & sic minoris ex alia causa non possit petere prædictam restitutionem, sed in casu quo constet sibi de justitia sua ex qualibet causa quàm bene non possit probare possit petere prædictam restitutionem, & ita practicavi in questione de facto. * Juxta prædicta tamen necessariò quæro, an in casibus, in quibus minor tenetur ex delicto, possit torqueri præcedentibus indicis, & resolutivè dico, quod impubes minor 14. annorum non potest torqueri: textus est in l. minore, ff. de question. Cujus verba sunt: De minore 14. Limita. annorum questio habenda non est, & ibi Glossa Bart. Alberic. facit textus in lex libero, §. 1. eod. tit. & idem disponit l. 2. tit. 30. 7. part. Quod tamen intellige de ea tortura quâ majores, sed levi bene possunt torqueri: ita probat textus bene notandus in l. 1. §. impuberi, ff. ad Syl. Cujus verba sunt: Et aliâs solet hoc in usu observari, ut impubes non torqueretur, servari tamen solent, & habentur, vel serventur, & ibi notant Doctores antiqui, & illum textum ad hoc summè notat Anania, in cap. 1. de delictis puerorum, penult. column. Angel. de Mata, licet corruptè alleget illum textum in parte summa pub. precedente, 10. fol. vers. 6. quæro quæ persona, Gandinus in tract. de malis, in Rub. an restis possit torqueri. Hippolytus de Marfil. in leg. de minore, ff. de quasi. 2. column. Confirmatur optimâ ratione, quia sicut minor impubes in totum non excusatur à pena delicti, ut suo loco dictum est, ita dicamus in tortura, ut in totum non excusetur, sed moderetur secundum qualitatem suæ persone: adultus tamen qui jam est pubes, & major 14. annorum, bene potest torqueri secundum qualitatem persone, & ætatis: quo casu curator ejus præstabit auctoritatem super articulo an debeat torqueri, vel non; non tamen requiritur, nec debet intervenire ejus auctoritas, confessio, neque presentia tempore quo adhibetur tortura, & interrogatur de ipso facto, & veritate. Ita tenet & declarat Cynus, &

Minor 14. annor non potest torqueri.

& Salycetus in leg. clarum, Cod. de auctor. praes. Baldus in leg. vicia, Cod. de confess. 15. columna. num. 61. & ibi Salycetus n. 30. Abbas Panormitan. in cap. fin. de confessu, 3. colum. num. 9. & ibi Imol. 3. colum. Angel. de malefic. in parte comparaturum dicti inquisiti, & consentur totum, 2. colum. ut in 1. vers. nec non si bene cantus. Hippol. de Marfil, in l. 1. ff. de question. 4. colum. vers. 8. requiritur, & ita practicatur in nostro regno, quod tene perpetuo mente, tanquam notabile, & quotidianum.

Item quaero an senex possit delinquere, & teneatur ex delicto, vel saltem minoretur sibi poena? & breviter & resolutivè dico: quod bene potest delinquere, & teneatur ex delicto, quia licet deficiat sibi vires non tamen deficit sensus, & iudicium, ut in c. nisi cum pridem, §. alia causa, de renunc. bene tamen minoratur sibi poena propter decrepitam aetatem, & eius debilitatem sicut minoribus, ita probat textus notabilis, & expressus in l. 2. ff. de termino maro ubi dicitur, quod in imponenda poena semper iudex debet inspicere conditionem, & qualitatem personae. & aetatis, quia maior & gravior poena debet imponi juniori, quam seni. Cujus verba sunt: Ut cum senex patitur aetas relegari: primo si junior in longius, si senior in recisus. & ibi notat solus Alberic. & per illum textum istam sententiam & conclusionem tenet Glossa ordinaria in leg. auxilium, §. n delictis, ff. de minor. in verbo miseratio, & ibi Odofred. 2. colum. Jacob. de Raven. Alberic. & alii Doctores, tenet etiam Glossa ordinaria in leg. quid ergo, §. poena gravior, ff. de his qui nor. infam. & ibi Odofred. 3. colum. & fin. colum. Bart. 3. colum. num. 11. Bald. 5. colum. num. 10. Angel. in vers. quamvis, 2. colum. Paul. de Castr. qui valde commendat final. colum. tenet etiam Glossa in leg. & si fevorior, Cod. ex quibus caus. infam. irrog. & ibi Cyn. 2. colum. Angel. & communiter alii Doctores ibi, tenet etiam Glossa in l. fere in omnibus, ff. de regulis iur. & ibi Doctores, Hostiens. in summa de accusat. §. quis sit effectus. Confirmatur etiam per textum in l. respiciendum, ff. de poenis, & in leg. si quis aliquid, §. instrumentum, eod. tit. cum similibus, ubi habetur, quod semper in delictis imponitur poena secundum conditionem & qualitatem personae: & probat l. 8. tit. 7. par.

Item etiam confirmatur ex doctrina & sententia Philosophorum, & Medicorum, qui tenent, quod aetates puerorum, & senum conveniunt, & assimilantur: ex quo dicit Cotrus de Metamorphosi humana, referens Homerum, quo senectute vires amittuntur, & similiter pulchritudo, ingenium memoria, sensus, & voluptates, & dicit etiam Bald. in dict. l. quod ergo, §. poena gravior, secunda lectura, §. colum. numero decimo, referendo Odofredum, quod Bulgarus Glossator antiquus adeo senavit, quod ludebat ad pulverem cum pueris, licet plura bona afferat senectus, quae plenè & notanter accumulatur Archidia. in cap. tanto 86. dist. in l. & Alberic. semper, ff. de iur. iur. munit. Advertendum quod per hoc iste articulus non est perfectus, nec bene expeditus, nec reperio illum declaratum ab aliquo Doctore, & ideo super hoc cogitavi, & visum mihi est, quod debeat sic declarari per sequentes conclusiones. Prima conclusio, quod si ex delicto veniat imponenda poena mortis ordinaria, illa bene cadit in senem, & potest ei licite imponi, & non potest minorari, nec alterari propter senectutem, quia cessat praedicta ratio debilitationis, argumento eorum

quae dicimus in muliere quae de recenti peperit nam post partum potest statim puniri, licet remanet debilitata, ut in leg. praegnantis, ff. de Concl. 2. poenis, cum materia Secunda conclusio, quod si poena est arbitria, tunc major debet imponi juveni, & robusto quam seni propter ejus aetatem & debilitatem, & ita intelligitur textus in leg. 2. ff. de termino maro, cum similibus. Tertia conclusio, quod etiam si poena sit certa, & determinata à jure: si tamen non est poena mortis, sed forte abscisionis membri, vel alia poena corporalis, taliter quod reus delinquens debet remanere vivus, illa potest & debet minorari in senem, quia censetur, major & gravior in eo quam in juvene & robusto, quia propter ejus senectutem, & debilitatem ex ea potest mori, & in terminis reperio, quod ita vult & sentit Baldus in leg. quicumque, Cod. de servis fugitivis 5. colum. vers. scilicet quarto casu. Quarta & ultima conclusio, quod si ex delicto veniat imponenda poena pecuniaria, illa non debet minorari in senem, quia cessat praedicta ratio principalis debilitatis: ita probat textus formalis, & expressus in l. semper, §. ff. de iure iur. unitatis. Cujus verba sunt: Maxime si non tam corporis habeat vexationem, quam pecunia erogationem.

Item quam. an mutus, & surdus teneatur ex delicto, & possit puniri? & videtur quod non. Primò, quia non habet sensum, nec intellectum, & equiparatur infanti, & furioso, textus est singularis in iure in l. servo invito, §. si pupilli, in fin. ad Trebell. ibi, quo exemplo & mutus, qui nihil intelligere potest, per curatorem adjuvatur, quem ibi notat Bart. & dicit singulariter Paul. & communiter Doctores, & illum textum reputat singularem Bart. in l. mutus, ff. de acquir. hered. & ibi Bald. Paul. Imol. Aretin. Alex. Jaf. & communiter Doctores, Bart. in leg. fin. 2. ff. de honor. poss. infam. Paul. de Castr. in l. 2. de verbor obligat. 2. colum. 2. Alexand. colum. Platea in l. 1. Cod. qui verbo se excusant. idem etiam probat textus in l. 2. ff. de curat. furios. textus in l. 3. ff. de posthum. textus in l. 4. §. fin. ff. de priv. cred. textus in l. 1. vers. scilicet aequè, ff. de mun. & honor. textus in §. fin. Inst. de hered. qualitat. & differ. textus in §. furiosus, vers. scilicet primo, Inst. de curat. Confirmatur etiam per textum in cap. 1. an mutus, vel alius infirmus feudum regineat, ubi probatur, quod mutus non dicitur homo perfectus habens intellectum: in contrarium tamen, imò, quod teneatur ex delicto sicut quilibet alius facit, quia non reperitur exceptus. Item etiam, quia licet deficiat sibi consensus, loquela, tamen bene retinet alios humanos sensus, & habet integrum intellectum, & potest per se omnia facere, & exercere, quae alius perfectus & habilis homo potest.

Nam primò potest facere testamentum, secundum formam & distinctionem textus in l. discreditis, C. qui testament. facer. poss. Secundò potest facere omnes contractus, cum consensu, vel re contrahantur textus in l. item curia, ff. de pact. textus in l. quibusvis, ff. de action. & oblig. textus in l. obligamur, §. fin. eod. tit. textus in l. si stipuler, §. fin. de verb. oblig. textus in l. qui id quod, §. mutus, ff. de donat. Item potest quasi contrahere & adire hereditatem, textus in leg. mutus, ff. de acquir. hered. Item etiam potest contrahere matrimonium, & adire hereditatem, textus in l. mutus, ff. de iur. dot. textus in cap. cum apud de sponsal. Item potest constituere procuratorem, textus in l. ff. de procur.

Concl. 2.

Concl. 3.

Concl. 4.

69.

Mutus & surdus non teneatur ex delicto.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

de procur. de quo latius dixi in materia in leg. mutus & surdus contractum: unde pro concordia & vera resolutione in hoc articulo dico, quod si apparet, quod talis mutus nullum habet intellectum, quia signis non potest illum exprimere, vel demonstrare, tunc equiparatur infanti, vel dementi & furioso, & non debet puniri ex delicto, & isto casu debet sibi dari curator in quacunque aetate sit constitutus, & ita procedunt, & debent intelligi iura per me superius allegata, & ille est sensus Doctorum in locis supra citatis. Si verò apparet, quod talis mutus habet intellectum quem potest saltem exprimere, & demonstrare signis, tunc reputatur habilis ad delinquendum, & contrahendum, & alios actus exercendum, & tali casu tenebitur ex delicto, si est legitime aetatis, & non requiritur dari sibi curator, & ita debent intelligi alia jura secundo loco adducta. Imò quod magis est, tali casu debet puniri poena ordinaria delicti. Ita notabiliter determinat Joan. de Imol. in l. 1. de verb. obligat. 3. colum. in medio, n. 1. & ibi Rom. 3. colum. n. 16. Alex. 2. colum. n. 6. Jaf. ibi penult. colum. in fine, qui pro hoc considerat textum in l. si quis in gravi, vers. mutus, ff. ad Syll. ubi dicitur quod mutus excusatus à delicto, ex eo non clamavit, ergo aliàs tenetur. Vincent. 9. colum. n. 4. & ita fuit iudicatum, in questione de facto, & fuit quidam mutus suspensus qui fuit socius cum alio in homicidio: unum tamen est, quod non poterit condemnari ex confessione sua declarata signis, sed ex attestatione & probatione testium, quia forte iudici non erit bene nota, & possit in ea decipi: unde non videtur legitima, & liquida probatio, ut in causis criminalibus exigitur, ita singulariter determinat Bald. in leg. vicia, Cod. de confess. 15. colum. num. 27. Roman. in l. 1. de verbor. obligat. 3. colum. n. 16. Alexand. 2. colum. n. 13. crederem tamen, quod possit Iudex per signa cum interrogare, saltem pro eruenda & investiganda veritate; ex quo infero, quod sibi non debet inferri tortura, cum ex confessione non debeat damnari, quod bene nota, quoniam istam articulum non videbis sic alibi declaratum.

Iudex potest interrogare mutum per signa.

70. Furiosus non potest delinquere nec puniri.

quod est sanae mentis, facere testamentum, contractum, & quemlibet alium actum textus est in leg. furiosum, C. qui testam. facer. poss. & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores.

Dubium tamen est, an praesumatur delictum esse factum tempore furoris, vel tempore sanae mentis? & dicendum est, quod si probatur ex parte ipsius rei delinquentis aliquando fuisse furiosum, praesumitur durare, & tempore furoris commisisse delictum; & accusator, vel iudex, si procedit ex officio, tenetur probare delictum esse factum tempore sanae mentis: ita probat notabiliter textus in cap. indicat. 3. question. 9. & ibi tenet Glossa ordinaria & communiter Doctores, Furor quid & per eum ita etiam tenet Glossa ordinaria in c. final. de success. ab intestat. & ibi Doctores. Confirmatur etiam ratione, quia furor est qualitas & morbus, qui postquam est radicatus praesumitur durabilis, secundum medicos peritos, & probat textus in leg. humanitatis, Codice de impuber. & aliis, textus in l. prima, §. ff. de curat. furios. & in expresse tenet Card. in cap. cum inter canonicos, de election. secunda columna §. oppos. & ibi alii Doctores. Confirmatur etiam ex doctrina Bartol. & communi in leg. non solum, §. sed ut probari, ff. de operis novi nunciat. ubi dicitur, quod quando actus vel delictum potest fieri tempore licito & illicito, ille qui agit, vel accusat, tenetur probare esse factum tempore illicito, & punibile. Si verò delinquens ante delictum non fuit furiosus, nec ex parte eius hoc probatur, sed tantum dicitur & allegatur fuisse furiosum tempore delicti commissi, tenetur ipse reus hoc probare, aliàs autem delictum censetur commissum tempore sanae mentis, quia semper quis praesumitur esse talis, qualis naturaliter esse debet, argumento textus in leg. nec codicillus, Codice de codicillis, & ibi notat Baldus, Paulus, Salycetus & communiter Doctores, & in expresse ita tenet & reputat singularem Angelus de malefic. in parte scienter doloso, quarta columna, vers. scilicet quod in furioso, & idem tenet Imola in clement. 1. de homicidio, secunda columna, numero tertio, & ibi Ancharanus secunda columna, numero sexto. idem Imola in cap. dudum, de prescription. tertia columna, in fine Domin. in capite primo, §. si vero, de clerico agrot. Salycetus in leg. furiosum, Codice qui testament. facer. non possunt, num. 2. Corn. in l. nec codicillus, Cod. de codicil. & aperte voluit Bart. in tract. de testib. in parte opposita, 1. colum. n. 2.

71. Dubium 2.

Dubium 3.

Furiosus habetur loco absens.

Pulchrum tamen & necessarium dubium est, si quis tempore sanae mentis commisit homicidium, vel aliud delictum, & postea factus est furiosus, an durante furore possit accusari & condemnari ad mortem, vel aliam poenam corporalem? & videtur quod non, quia furiosus habetur loco absens, qui non potest condemnari, sed pati annotationem bonorum, textus est in l. 2. §. furiosus, ff. de reg. iur. codicil. textus in l. ubi non voce, vers. fin. ff. de reg. iur. Imò, quod magis est, habetur pro absente non contumace, quia in eo non potest haberi contumacia, sicut in absente, ita probat textus ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores in l. furioso, ff. de re iudicata, & in terminis tenet Aretin. in leg. ex facto, ff. de vulgar. & pupil. penult. Ex quo inferitur, quod licet hodie per leges huius regni absens possit damnari, furiosus tamen non. Neque obstat, quod possit sibi dari curator, sicut minoribus, & per consequens condemnari. Quia datur

Furiosus habetur loco mortui.

minoribus, ut accessorius, ut in l. clarum, C. de a rbor. praefard. furiosus tamen datur principaliter, ut in eo fundetur iudicium. Secundò, quia furiosus habetur loco mortui, textus est in leg. bovo un. ff. de iur. iud. Sed ille non potest condemnari, nec puniri post mortem ut in leg. defuncto, ff. de pub. iud. ergo nec furiosus post mortem, & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Bald. in leg. furiosum, Cod. qui testam. i. facere poss. in fin. idem Bald. in leg. humanitatis, C. de impub. & alit. 10. colum. n. 49. idem Bald. in cap. i. fin. colum. & quast. an ille qui inter fratrem domini sui, secundum amittat, & ibi Alvarot. 3. colum. n. 5. Imol. in cap. Raynutin. de resib. n. 143. Alexand. in dict. l. furiosum, fin. colum. & quast. Scobid. Jalon. penult. colum. qui dicit hanc esse magis communem opinionem. Idem Jaf. in l. ex factis, ff. de vulgar. & pupil. 20. colum. 30. & ibi Ripa n. 73. Florian. qui reputat hoc esse mirabile in leg. sed & si quacunq. s. injuriam, ff. ad leg. Aquil. final. colum. tenet etiam & reputat Angel. de malef. in parte scienter dolose, 41. colum. Hippolytus de Marfil. in l. 1. ff. ad leg. Corn. de sic. vit. 6. colum. n. 58. ubi limitat hoc esse verum praterquam si delictum sit valde enorme, quia tunc potest puniri, argumento textus in leg. divus Marcus, ff. de offi. presid. & subdit, quòd ex ista causa Serenissima Regina Castellae fecit punire hominem furiosum, qui intulit vulnus Serenissimo Regi Ferdinando marito suosced. certè contrarium probant praedicta iura. Sed his non obstantibus contraria sententia, & conclusio videtur de jure verior, imò, quòd possit condemnari & puniri pena mortis, vel alia pena ordinaria. Primò, quia cessat omnis ratio excusationis, & defensionis, cum tempore habili, & sanæ mentis deliquerit. Secundò, quia qualitas superveniens post delictum non mutat poenam, imò illa debet imponi, quæ veniebat imponenda tempore commissi delicti, textus est formalis, & expressus in l. 1. ff. de penis, & ibi notat & commendat Bart. Albericus & communiter Doctores: facit text. in l. si quis decurio C. ad l. Corn. de fal. Tertio, quia si filius, vel filia, commisit causam ingratitudinis, & superveniat furor, bene poterit exheredari. Ita probat textus in leg. fin. s. sed cum amissionis, Cod. de curat. furios. & ibi Doctores, & notat & commendat Imol. in leg. ex factis, ff. de vulg. & pupil. 7. colum. & alij Doctores, ibi Quarto, quia si quis commisit peccatum mortale tempore sanæ mentis, & superveniat sibi furor & decedat in furore, condemnabitur apud Deum secundum Theologos, & secundum Canonistas in cap. majores de baptismo, & tenet Bartol. ponderando textum ibi in leg. nunquam, s. si vi ante clam, ff. de usucap. ubi habetur, quòd si quis erat in mala fide, & superveniat sibi furor, adhuc dicitur durare in eo illa mala fides, quoad omnes effectus. Quintò, quia in delictis lemper attenditur tempus commissi delicti, quoad locum, tempus, & omnia alia, quæ augent, vel diminunt qualitatem ejus, textus est in l. quod ait lex s. fin. ff. de adult. & ibi Bart. & communiter Doctores: ergo similiter quoad personam. Sextò, & finaliter pro hac parte facit textus expressus in l. divus Marcus, ff. de offi. presid. ubi probatur, quòd ita demum furiosus non punitur, quando delictum commisit durante furore: fecus tamen si ante, quia tunc minimè est dignus aliqua venia. Cujus verba sunt: Si vero in plerumque assuete interualis quibusdam sensu sanior est, unde forte illo momento scelus administrat, nec morbo ejus curanda

Causa notabilis.

Argumentum in contrarium.

Ratio 1.

Ratio 2.

Ratio 3.

Ratio 4.

Ratio 5.

Ratio 6.

est venia. Nec obstat si dicas, quòd ille textus potius videtur probare contrarium, in quantum vult, quod Princeps consulatur, an debeat puniri, vel non, quia iste non est ejus sensus, sed tantum vult quòd si est maximum dubium super ipso facto, vel jure, quod non possit iudex bene discernere, an commisit ante, vel post, tunc consulatur Princeps, & ita intelligit, & declarat Albericus ibi, & Bartol. in leg. congruit eod. tit. & ita probant praedicta l. p. r. supra allegata 19. tit. 7. part. & 15. tit. 1. part. & in terminis istam sententiam & conclusionem contra praedictos Doctores tenet Ludovic. Roman. in d. l. furiosum, n. fin. Cod. qui testam. facere poss. & ibi Jafon. penult. colum. idem Jaf. in leg. ex factis, ff. de vulgar. & pupil. 10. colum. n. 30. Barb. in c. literis de rescriptis, final. colum. Sed ego minimus inter alios in hoc dubio, & tribuit articulo in iudicando, & consulendo non recederem à superiori communi opinione, tum quia est aequa, & in dubio sequenda; tum etiam quia forte talis delinquens, quia postea effectus est furiosus, haberet aliquam justam causam defensionis, quam curator ejus ignorat Item etiam efficacia ratione, quia considero quòd iudex debet concedere, & indulgere tempus ipsi reo, ad constituendum peccata sua ante executionem sententiae, ut in leg. Archiepiscopus, C. de Episc. audien. & ibi Doctores: ex qua causa iustissimam erit poenam differre in tempus sanæ mentis, & suis sumptibus sustentari, si habet bona, aliàs de publico, argumento eorum, quæ notantur in leg. pregnans, ff. de penis. Nec obstat quòd hodie in nostro regno absens potest condemnari, quia intelligitur in proprio & verò absente contumacia, in quo non dantur, nec considerantur praedictæ rationes; fecus verò in furioso qui habetur loco absentis fictè, & largo modo, & sine aliqua contumacia, & in terminis ita tenet & declarat Aret. in d. l. ex factis, ff. de vulg. & pupil. nec iterum obstat si respicias, quòd secundum Theologos furiosus punitur, & iudicatur ad poenam, vel præmium secundum opera commissa ante furorem, quia illud est, quoad propriam conscientiam, & iudicatur à Deo Domino nostro, qui omnia scit, & cognoscit, & sunt sibi nota sine aliqua probatione: fecus verò in iudice, qui non potest cognoscere defensionem furiosi, si non allegetur & probetur, & confirmatur, quia sanctus est nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare, ut in l. absentem, ff. de penis.

* Subsequenter poteris dubitare, si quis fecit delictum, & postea efficiatur clericus vel ingrediatur monasterium, an possit puniri, vide bene per Chassanum in consuetudi. Burg. rub. 1. §. 5. pagi. 209. ubi ipse examinat, pro nunc ibi videas.*

Item quæro, an ebrius qui in ebrietate commisit homicidium, vel delictum, puniatur ex delicto? & breviter dico, quòd debet puniri, non autem pena ordinari, sed mitiori pena, quia ebrietas tollit dolum in delicto, licet non culpam: unde non excusat in totum à peena, sed minuit illam. Ita probat textus notabilis in leg. respiciendum, s. celsiquis, vers. imp. u. ff. de penis. Cujus verba sunt: Impetu autem cum per ebrietatem ad manus, vel ad ferrum venitur, & ibi notat Bartolus, 2. colum. num. 3. Albericus in princ. & Oldradus quem ipse Albericus refert, & illum textum ad hoc dicit singularem Baldus in cap. crapi. de vita & honestat. cler. 1. colum. in medio, num. 3. Probat

Ebrietas tollit poenam.

Prodigus an possit delinquere

Probat etiam textus notabilis in l. omne delictum, s. s. vers. per vinum, ff. de re militari. Cujus verba sunt: Per vinum aut lasciviam lapsus capitalis poena remittenda est, & militia mutatio irroganda est, & ibi ad hoc notat solus Albericus, textus in cap. sane 15. quast. 1. ibi Glossa ordinaria, Archid. & communiter Doctores, & istam sententiam, & conclusionem per praedicta iura tenet Salycetus in leg. 1. Cod. ad leg. Corn. de sicar. fin. verbis, Florian. in leg. sed & si quacunq. s. injuriam, 2. colum. n. 5. ff. ad leg. Aquil. Angelus de mal. in parte scienter dolose, penult. colum. versic. sed quid si quis propter ebrietatem. Hyppol. de Marfil. in l. 1. ff. ad leg. Corn. de sicar. 7. colum. num. 63. Roman. in l. 1. de verb. oblig. 2. colum. num. 3. Bonifacius in tract. malefic. in rubr. forma accusationis per syndacatum, quarta columna, fol. 248. & pro hac sententia & conclusione est hodie l. parti. s. sit. 8. 7. part.

74 Item quæro an dormiens, qui in somnis furiosus, aliquem interfecit, vel vulneravit, vel aliud delictum fecit, puniatur ex delicto; nam multoties contingit, quòd aliqui in somnis insurgunt, & talia committunt, & refert Bartolus in leg. ut vinum, ff. de iustis. & jure, 2. columna, in fin. quòd suo tempore erat quidam Pisanus, qui furgebat de nocte in somnis, & se armabat, & ibat per civitatem cantando; & videtur quòd non teneatur, quia non est culpa, & parcendum est vitio naturali, ut in leg. fluminum, s. vitium, in princ. ff. de dam. infect. praterèa dormiens acquiritur furioso, ut in l. 1. §. 2. de acquir. poss. 3. colum. pro ista parte facit textus in elem. 2. de homic. ubi si talis dormiens committat homicidium in somnis, non fit irregularis; In contrarium tamen, imò, quòd teneatur, probat textus notabilis in leg. si servus servorum, s. si fornicarius, ff. ad leg. Aquil. ubi si servus coloni, vel inquilini juxta fornacem, vel locum, ubi erat ignis, obdormisset, & domus, vel res combusta sit, teneatur ad damnum, quia videtur esse in culpa, & ad hoc notat & commendat omnes Doctores ibi.

Resolutio. Sed pro concordia & veritate dico, quòd si talis dormiens sciebat hoc sibi evenire, tunc debet providere, ut jaceat solus, & præcavere, ut nec sit in lecto, vel camera cum eo, & si non fecit, dicitur esse in culpa, & propter culpam tenetur extra ordinem, sicut putator arboris, qui non admonuit transcentes, ut in leg. si putator, ff. ad leg. Aquil. & ita procedat secunda opinio cum fundamentis suis. Si verò non sciebat hoc sibi evenire, tunc non teneatur, quia nulla culpa potest sibi imputari, & ita procedat prima opinio, & fundamenta pro ea adducta, & in terminis istam doctrinam & distinctionem tenet Guillelm. & Jacob de Raven, in leg. divus Marcus, ff. de offi. presid. & ibi notat Albericus, fin. colum. & quast. tenet etiam Bart. in leg. penultima, ff. ad leg. Pomp. de parric. Florian. in dict. leg. servus servorum, s. si fornicarius, ff. ad leg. Aquil. fin. colum. num. 4. Anchar. in elem. de homicidio, in secunda. not. num. 3. Angelus de malefic. in parte comparavit dictus inquisitus, & in termino asensionis, folio 197. vers. quid si dicat, & pro hac doctrina & distinctione est hodie l. not. part. l. 5. tit. octavo, 7. part.

75 Item quæro, an prodigus, cui bonis interdictum est, possit delinquere & puniri? & videtur quòd non, quia non videtur habere intellectum, nec rectitudinem rationi, & ex ista causa prohibetur contrahere, & testari; textus est capitalis An. Gomezii Variar Resol. Tom. III.

& expressus in l. is cui bonis, ff. de verborum obligation. & ibi communiter Doctores, text. in leg. is cui lege, ff. de testam. textus in leg. furiosus, ff. de reg. jur. Cujus verba sunt: Furiosus, vel ejus, cui bonis interdictum est, nulla voluntas est. Item etiam, quia propter tale vitium & defectum equiparatur furioso & pupillo, textus est in leg. bis qui, s. fin. ff. de int. & curat. datis ab his, textus in leg. certi conditio, s. quoniam ff. si certum petat. textus in leg. Falcinius, s. adeo, ff. quibus ex caus. in poss. eat. Tertio & principaliter istam sententiam, & conclusionem probat textus in leg. Falcinius, s. plena, ff. quib. ex caus. in poss. eat. ubi dicit textus, quòd prodigus non potest dici contumax, ut contra eum fiat missio bonorum, & in terminis istam sententiam & conclusionem tenet Glossa ordinaria in leg. si quis in tantum, C. unde vi, in glossa magna, versiculi, 6. de furioso, ubi dicit, quòd prodigus non tenetur pena illius legis: ad hoc notant & commendant Doctores ibi, & illam Glossam ad hoc reputat singularem & unicam Angelus de Perus. in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. in fin. Sed his non obstantibus ego teneo contrarium, imò, quòd possit delinquere & puniri pena ordinari delicti, quia considero, quòd prodigus non censetur habere iudicium, & intellectum tantum in his, quæ concernunt alienationem, & administrationem bonorum suorum; fecus tamen est quòd ad delinquendum, quia tunc bene censetur integra persona, & capax cujlibet delicti, & sic tenetur & obligatur ad poenam ejus, & in expresso ita probat textus notabilis in leg. bis qui, s. divus, ff. de int. & curat. dat. ab his. Cujus verba sunt: Non aequum est prospicere nos etiam sic, qui quòd ad bona ipsorum pervenit furiosum faciat exitum; & in terminis per illum textum istam sententiam, & conclusionem tenet Bart. in dict. leg. is cui bonis, ff. de verb. obligat. fin. colum. penult. quast. & ibi Paul. de Caltr. fin. colum. & quast. Jalon, 8. colum. num. 17. & communiter alij Doctores, tenet etiam Bartol. in leg. si quis in tantum, Cod. unde vi, 3. columna, & ibi Salycet. 3. colum. num. 7. & communiter Doctores Bald. in leg. furiosum, Cod. qui testam. fac. poss. in fin. & ibi communiter Doctores Angel. de Perus. in leg. Falcinius, s. adeo ff. quib. ex caus. in poss. eat. Angelus de malefic. in parte scienter dolose fol. 48. ff. ea versiculi, quid in prodigo, & ibi ejus additionator.

Item quæro, an servus possit delinquere, & teneatur ex delicto? & breviter dico quòd sic, & in processu, & casu servabatur illud, quod observatur, quando proceditur contra hominem liberum, text. in leg. hoc accusare, s. si servus ff. de accusat. Cujus verba sunt: Si servus reus postulabitur, eadem observanda sunt, qua si liber esse, textus in l. 10. tit. 1. 7. part. & probato delicto, majori pena puniatur quàm liber, text. est in leg. in servorum, in princ. ff. de pan. textus in leg. aut facta, s. persona, text. in leg. capitalium, s. fin. versiculi, fin. cod. tit. textus in l. 8. in princ. titul. 31. 7. part.

Quod intellige, quando ex delicto venit imponenda poena corporalis, fecus si pecuniaria, quia illa non cadit in servum, textus est in dict. leg. hoc accusare, s. omnibus, ff. de accusat. Cujus verba sunt: Omnibus legibus servi rei puni excepta lege Julia de vi privata, quia ea lege damnati parvis tertie honorum publicatione puniuntur, quia poena in servum non cadit: idemque dicendum est in ceteris legibus, quibus pecuniaria poena

Imo non potest delinquere

76 Servus teneatur ex delicto.

Limita.